



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

215. De convivio Presbyterorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

byteri convenerint, se inebriare nullatenus præsumat, nec precari in amore sanctorum vel ipsius animæ bibere aut alios ad bibendum cogere, nec se aliena precatione ingurgitare, nec plausus & risus inconditos & inanes fabulas referre aut cantare præsumat vel turpia joca vel cum urso vel tornatricibus ante se facere permittat, nec larvas dæmonum, quas vulgò talamascas dicunt, ante se ferri consentiat, quia hoc diabolicum est & à sacris canonibus prohibitum.

## De rixis &amp; pugna sacerdotum.

Hincmar.  
ibid.  
Burchard. lib.  
2. c. 163.

CCXIV. Summopere etiam quisque Presbyter caveat, sicut de statu suo vult gaudere, ut non quacunque occasione parem suum aut alium quemlibet ad iram & rixam, multò minùs ad pugnam vel ad cædem, aliquo verbo irretet seu provocet, nec provocatus ad hoc quisquam profiliat, quia in talibus commensationibus & potationibus semper se immisceat diabolus.

## De convivio Presbyterorum.

Hincmar.  
ibid.  
Burchard. lib.  
2. c. 162.

CCXV. Quando autem convenerint Presbyteri ad convivium, Decanus aut aliquis prior illorum versum ante mensam incipiat, & cibum benedicat, & tunc secundùm suum ordinem sedeant, alter alteri honorem portantes, & per vices cibum & potum benedicant, & aliquis de illorum Clericis aliquid de sancta scriptura legat, & post refectioem similiter \* sanctum hymnum dicant ad exemplum Domini, sicut in cœna fecisse legitur; & sic se

\* Cod. Paris.  
secundum



contineant omnes Presbyteri, maximè in tabulis locis, ut non vituperetur ministerium nostrum. [ *Burchardus*: ut non vitup. min. illorum. *Codex Helmestad.* ne min. nostrum vituperetur. ]

De Kalendis, quando Presbyteri simul conveniunt. *Vnde suprà cap. XVI.*

CCXVI. Quando Presbyteri per Kalendas simul conveniunt, post peractum divinum ministerium & necessariam collationem, non \* quasi ad prandium, ibi ad tabulas resideant, & per talia inhonesta convivia invicem graventur, quia indecens est & onerosum. Sæpe etiam tardè ad Ecclesias redeunt, magis damnum de reprehensione conquirunt & de gravedine mutua contrahunt quàm lucrum ibi faciant. Nam de hujusmodi conventu Paulus Corinthios reprehendit, qui inconvenienter cœnam dominicam manducare conveniebant. Sic & qui ad cœnam dominicam, id est, ad collationem verbi sub occasione conveniunt, & \* exuriætate ventrisca junguntur, reprehensibiles coram Deo & hominibus habentur. Et ideo peractis omnibus, qui voluerit, panem cum caritate in domo fratris sui simul cum fratribus frangat & singulos biberes accipiant, maximè ultra tertiam vicem poculum non contingant; & sic ad Ecclesias redeant.

*Hincmar.*  
*ibid. c. 15.*  
*Riculf. c. 20.*  
*Capitulare*  
*Ahytonis*  
*c. 29.*  
*Burchard. lib.*  
*2. c. 164.*  
*\* Burchardus*  
*non quasi ad plenam*  
*refectionem,*  
*sed*

*1. Cor. 11.*

*\* Edit. Helmestad. Burchard. & Hincmar. ex veritate ventris causa. Vide Concilium Nannet. c. 15.*

De his qui de nihil habentibus ordinantur.

*Ex Concilio Carthaginensi.*

CCXVII. Placuit ut Episcopi, Presby- *Codex Canon.*